

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Funus Guilielmi Assonlevillii Bouchautii D. a variis adornatum**

**Meyere, Leo**

**Antverpiae, 1599**

Ad Clmumatque Ampliss. V. Christophorum d'Assomleuillam Eq. Cons. & c.

[urn:nbn:de:bsz:31-293587](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293587)

Sed laudum memor in centum fiet sacra tuarum,  
 Facta vbi erunt aurum, marmor, & ara cinis.  
 Sentis vt immiti te plangat morte peremptum  
 MEYERVS ad duplicem voce gemente lyram?  
 Sentis & vt triplices nimium crudelia Parcas  
 Numina Pantini docta Camœna vocet?  
 Vrgeat vtque tuam numerosus Lautius urnam,  
 Et Liefvelt Flandro Belgicus ore Maro?  
 Qui licet ingenio superent me singuli & arte,  
 Attamen officiis non ferar esse minor.  
 Sed taxo implicitus soluam tibi iusta quotannis,  
 Et spargam tumulum laete meroque tuum.  
 Interea hos quaestus atque hos nunc accipe luctus:  
 Sic o sit cineri pax, Gulielme, tuo.

*Franciscus Harduynus mæstus canebat.*

Ad Cl<sup>mum</sup> atque Ampliff. V. Christopho-  
 rum d'Assonleuillam Eq. Conf.&c.

**D'**Assonuilla tuum decus & tua gaudia, ratum,  
 Esto, tibi vt viduo mors cita surpuerit:  
 Ergo perpetuo in luctu ac mærore iacebis?  
 Morsque tui Gnati mors erit ipsa tua?  
 Dj quicquid voluere, velis quoque, & esse virum te  
 Noueris, esse patrem quem voluere Dei.

M. D. V.